



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philomathi Mvsae Ivveniles

Alexander <VII., Papst>

Coloniae Vbiorum [i. e. Amsterdam?], 1645

Lectori.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12750

LECTORI.

FDitor horum Poëmatum , familiæ Furstenbergiorum longe nobilissimæ cultor equidem in primis, Auctorem , patria Senensem, qui Philomathus audiebat, vocavit, ipse longe absens, Philomusum ; sive quia characterem codicis manu scripti non liquido assequutus, sive quia manum dans iis , quibus Philomusi nomen visum & honorificentius nonnihil altero & ejusdem haudquaquam inidoneum cognomen. At postea doctus est, quod nescierat , Senis ab integro jam prope seculo esse insignem quandam Philomathorum Academiam , & in horum numero censeri eum, de quo sermo est, etiamnum velle. Itaque præstaret , pro Philomuso relictum semper fuisse Philomathum ; undecunque tandem vox ea descendat : utpote quæ sic invaluit apud Senenses, ut Criticorum non amplius moretur acumen, solo usu freta , *Quem penes arbitrium est & vis & norma loquendi.* Hoc te monitum voluimus, lector ; ne mireris, in volumine ipso non omnia respondere frontispicio, tum demum præfixo , cum omnia cætera typis essent mandata. Vale. Id. Sextil. CIC CIC XLV.

PHILO-